

ex meta gratuita, ac libera voluntate sua; non quod etiam li- bere, & voluntarie non concurrat, quando de facto concurrat cum intellectu, lumine glorie perfuso absolute loquendo; sed quia ceteris paribus major connaturalitas servatur in elicienda visione: cum intervenit luminis intellectui inherens, & in concursu Dei cum intellectu lumine perfuso, quam quoad im- mediate concurrat cum intellectu nudo, ut explicatum est a n. 151. sicut universaliter loquendo connaturalius concurrat Deus ad effectus creatos, quando ipsos producit intervenit causatum secundarum, quam quando illos se solo producit per majorem applicationem sue omnipotentia.

165 Quotid tandem, lumen requiritur ad manifestandum obiectum formaliter, seu in genere cause formalis; ergo lumen aliud influxum habet, quam effectivum, ergo quando etiam influxus luminis suppleri potest. Confirmant alii apud Basilium cit. 3. d. 14. q. 1. art. 1. omnis veritas manifestatur, & videtur in aliquo lumine, quia omne, quod manifestatur, a lumine manifestatur secundum Apostolum, sed videndo Deum divina veritas manifestatur; igitur in quoad a lumine; sed non in lumine naturali intellectus, quia obiectum tale, & talis actus est sibi improportionatus; ergo in lumine supernaturali glorie infuso. Respondeo negando assumptum, si ita intelligatur, quasi ipsum lumen sit illustratio formalis obiecti, vel ipsum manifestatio; si vero ita intelligatur, ut lumen solum effectivum concurrat ad producendum visionem, quia formaliter videtur, & manifestatur obiectum, tunc concedo assumptum, & nego primam consequentiam Basilii, quod veritas divina manifestari potest animae beate in lumine, quod est Deus, ex parte obiecti, & in lumine naturali proprio ex parte potentiae; nec necessarium est aliud lumen absolute loquendo ad probationem, quod tale obiectum est improporcionatum luminis naturali, inquit, quod non est simpliciter improporcionatum si, quod in tali lumine ex parte potentiae non potest videri; sed bene verum est, quod tale lumen non sufficit ad tale actum, nisi operante Deo, & infusae specialiter ad ipsum, aliter, quam operatur communiter in rebus, hoc est concursu specialis, & immediato supponente vices luminis glorie, modo jam explicato; ex quo patet, quam immerito Luitanus lib. 7. q. 3. art. 1. imponat Basilio, quod senserit, presentato obiecto beatico intellectui creato, posse intellectum elicere visionem cum sola generali influenza.

169 Sed in falsis ex eodem Luitano lib. 10. q. 3. art. 6. n. 22. quod in tantum elevatur intellectus per lumen glorie, quatenus per illud transfertur ad esse supernaturalis ordinis, quod esse est prius, quam activitas ad producendum visionem; quod ibi probat ex Dionysio de divinis nominibus c. 7. dicitur, nos divina intelligere secundum nos quidem, sed extra nos statutos, & totos deificatos, quibus verbis innuit, virtutem nostram intellectiva tunc esse completam ad intelligendum Deum, cum posita extra suum esse naturale reponitur in esse divino, in quo tota deificatio, quam deificationem habet per lumen glorie; sed hec deificatio fit in genere formalis cause, quatenus per informationem formaliter constituit intellectum in aliquo esse supernaturali; ergo nequit ad Deum suppleri in genere efficientis cause. Resp. hoc totum esse verum, & hoc esse precipuum luminis glorie motus, ut dictum est, quod, a n. 149. verum intellectum esse ita deificatum per lumen glorie, seu esse intrinsecum supernaturalitatem, ut loquuntur Thomista, quibuscumque rursus, & emphaticis verbis explicetur, aliud in summa non importat, quam potentiam naturalem informatam per accidens forma supernaturali, atque ita non nisi de nominativis dicitur per eam deificatum, & supernaturalitatem, ista autem informatio intrinseca, est supernaturalitatis, & deificatio intrinseca dicitur, licet de facto, & regulariter necessaria fit in intellectu ad eliciendum visionem simpliciter, & absolute necessaria non est, ut loquat potentia naturalis actum supernaturalem producere, dum loco illius succedit assentientia extrinseca omnipotentia; potentiam adjuvantem ad actum supernaturalem producendum, quae assentientia, supernaturalitatis, & deificatio extrinseca dicitur, ut dicebamus n. 192. in fine; in quo casu diceretur adhuc intellectus, transfertur ad esse supernaturalis ordinis extrinsecum in actu primo per voluntatem Dei, paratam ad concurrendum cum eo hic, & nunc ad visionem, absque previa intrinseca dispositione luminis, & sicut dicimus, intellectum posse elevari principio extrinseco, ita quoque dicimus, posse deificari, & supernaturalitatis principio extrinseco ea deificatione, quae ad actum supernaturalem ex parte potentiae vitalis necessaria est; Nec refert, quod modo talis deificatio, vel supernaturalitatis exerceatur per intrinsecam informationem, quia ut dictum est n. 159. in fine intellectus non coexistit lumine, tanquam formam informantem, quia necessarium actum in genere formalis cause, sed tanquam principium, quo adjuvatur in genere cause efficientis ad eliciendum actum; unde dicebamus, quod si

lumen glorie non esset qualitas, sed substantia quaedam per se stans, dummodo possit ad actum visionis simul cum intellectu concurrere, sufficeret haberetur, quicquid ad actum visionis eliciendum requiritur; unde talis inherenti ei necessaria convenit, quatenus qualitas quaedam est, non vero quatenus principium, intellectum elevans ad eliciendam visionem.

QUESTIO SEXTA.

An intellectus creatus ad visionem concurrat, per potentiam naturalem, vel potius obedientialem, & ut causa principalis, vel instrumentalis.

Supponimus ex dictis supra a n. 144. intellectum creatum beatum de facto activum, & efficienter concurrere ad beatam visionem, quae est communis omnium sententia, quibusdam Nominalibus exceptis; quoniam vis enim Scotus pluribus in locis probabiliter iudicaverit, visionem beatam posse a solo Deo intellectui creato infundi, quin sine illius concursu produci queat, ut dictum est disp. 2. de anima q. 3. artam. 1. d. 3. q. 7. & 8. supponit in universum, intellectum esse principium intelligentis elicitivum, & causam efficientem partialem; imo quol. 14. & 15. art. 2. specialiter de visione beata loquens supponit, & ipsum activum ab intellectu beato produci, dum asserit, non esse verbum, tametsi ab intellectu, ut ad potentiam naturalem elicitur, quia obiectum, nempe essentia divina non naturaliter sed liberè, ac per voluntatem concurrat; Verum tamè est, influxum intellectus in actum visionis non valde efficitur probari ex vitalitate actus; passim ferè omnes argumentantur, quia apud Scotum vitalitas intentionalis non formaliter in productione actus, vel receptione consistit, sed in intentionali conjunctione potentiae cum obiecto, mediante ipso actu, unde satis est ad operationem vitalem, si aptitudinalem habeat propensionem ut à principio vitali fiat, & in eo recipitur, ut loc. cit. de anima diximus, quia ratione Arriaga quoque disp. 7. sec. 2. n. 18. ingenue fatetur, ex vitalitate actus non probari, ex tunc immediatum concursum intellectus. Hoc tamen argumentum ex eo admitti potest, quia secundum communem extrinsecam scholam, actus vitalis necessarius, ac indispensabiliter dependet à principio vitali, quod per ipsum operatur, ut actio immanens; tunc quia etiam in nostra schola tenetur oppositum, tamè omnes Scotista fatentur, regulariter ita esse, & quod si unquam actus vitalis produci potest aliunde, & ab extrinseco in potentia vitali, asserunt, fieri non posse connaturaliter, nisi per similem potentiam vitalem, unde de locutione Angelorum ajunt, intellectum unius posse producere cognitionem alicuius obiecti in intellectu alterius; cum igitur de facto beata visio non producat per intellectum divinum, sequitur produci debere ab intellectu videntis; de quo videri potest Smilung, tract. 2. disp. 6. q. 9. num. 273.

Deinde quia ut dictum est q. 4. referendo sextum dicendum modum de luminis officio, Thomista affirmant, lumen glorie in ordine ad visionem esse totam agere rationem, vel secundum alios, sobrius, & cautius loqueres, ut intellectui, saltem in verbis, plus tribuere videantur, esse talem non absolute, & simpliciter, ut intellectus profusus ab efficientia excludatur, sed proximate, & immediatam, intellectum vero efficientiam radicalem, & remotam tantum habere, quod consequenter asserunt de omnibus aliis habitibus, & suis potentis, respectu suorum actuum suorum naturalium; suppono ex dictis ibidem, quod nec lumen glorie respectu visionis, nec quilibet alius habitus supernaturalis respectu suorum actuum est tota ratio agendi, adeo ut intellectus totaliter excludatur ab efficientia visionis, nec adeo proxima, & immediata, ut intellectus habeat tantum radicalem, & remotam efficientiam, imò potentias ipsas quoque, proxime, & immediate influere in suos actus supernaturales; etenim, ut arguebamus loc. cit. si aliquid impeditur, quo minus intellectus proxime, immedie partialiter influeret in visionem, id maxime esset, quia visio est actus supernaturalis secundum substantiam; hoc autem non impedit, quia de facto potentia naturalis, v.g. voluntas cooperatur ad actum charitatis, & contritionis ut colligitur ex Trid. sess. 6. c. 4. tunc quia esse potest supernaturalis, esto ad eum concurrat causa naturalis, dummodo secum concurrat principium supernaturale, illum elevans ad supernaturaliter operandum, siquidem ens supernaturale dicitur illud, quod non potest produci absque principio supernaturali, si vero concurrat ad ipsum aliud principium, quod est naturale, sive non; nec enim ex sua ratione petitur quod liber principii eius sit supernaturale; nulla ergo in hoc assignari potest repugnantia, quae ibi exatè non sit explosa; imò hec proxima, & immediata activitas nostrarum potentiarum in actus suos supernaturales, cum sint supernaturaliter habitatae, adeo clara est, & a Patribus, atque Conc. inculcata, ut ibi dixerim, Thomista nobiscum

intere

in re omnino convenire, & si illam vocibus dividere, ut optime adnotavit Ovidius, ibi cit. de quo interim videri potest Gallus 3. d. 14. pregl. 3. disp. 2. sect. 2. & quae diximus disp. 7. Phys. q. 6. art. 5. a. n. 126.

172 Refuta ergo, ut in hac questione de activitate intellectus ad visionem discutimus, ut in tantum duo puncta proposita, an scilicet concurrat ad visionem per potentiam tantum obedientialem, vel etiam per naturalem; & an ut causa tantum instrumentalis, vel etiam principalis, & quidem quoad primam questionem partem Suarez multis in locis sentire videtur, non concurrere per naturalem, sed tantum per obedientialem, quae est ex mente illius in omnibus rebus, ut elevetur à Deo ad supernaturales, & miraculosus effectus à naturali distincta, ita videtur discutere disp. 30. Met. sec. 1. nu. 46. & tom. 1. ad 3. part. disp. 22. sect. 1. & disp. 31. sect. 6. & lib. 2. de attributis negativis cap. 10. a. num. 14. & sentit, per illam potentiam concurrere ad visionem, quae extenditur ad omne id, quod non implicat contradictionem, & vocatur obedientialis & totum fundamentum est, quia intellectus per suam naturalem virtutem non potest attingere actum supernaturalem; hinc in eisdem locis asserit consequenter, intellectum ad visionem concurrere solum, ut instrumentum, quia illa virtus obedientialis est solum instrumentaria; quam sententiam aliqui Recentiores secuti sunt, quos cit. Luitanus lib. 10. q. 3. art. 4. & sequi tenentur Thomista omnes, qui contendunt, lumen esse totam rationem, & causam producendi visionem. Opposita sententia ferè communis est, intellectum influere in visionem per suam potentiam, & virtutem naturalem, accipiendi naturae pro eo, quod fuit à principii naturae, & essentiae rei, quam docuit Scotus qu. 1. prolog. & d. 4. 50. q. 5. dum ait, beatitudinem esse posse in eodem modo propter inaequalitatem naturalem, & 3. d. 13. ad 4. q. dum ait, intellectum ex se habere vim remotam, saltem ad actus beatificos, quod repetit 4. d. 49. q. 1. prope finem; quam praeter omnes Scotistas sequuntur Recentiores passim, Vasquez part. 1. disp. 176. Beccan. tract. 1. cap. 9. q. 4. Molin. art. 6. disp. 2. Met. tom. 2. disp. 1. q. 5. punct. 3. Ovidius, loc. Turrian. opus. 2. disp. 2. dub. 2. Luitan. fuit loc. cit. Ubi pro hac sententia plures adducit; qui consequenter tenent, intellectum concurrere ad visionem, ut causam principialem, licet partialem, in suo ordine, ita Vasquez disp. 43. cap. 4. ad finem, & licet disp. 176. admittat aliquam rationem instrumentalem late sumptam, non tamen quae tollat rationem causae principalis, ut constat ex c. 4. n. 2. & cap. 5. nu. 26.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur quaestio quoad primam partem.

173 Resolutio quaestio quoad primam partem sumenda est ex dictis disp. 7. Phys. q. 6. art. 5. Ubi disputamus, an praeter potentiam obedientialem passivam detur etiam activa in rebus creatis, per quam elevari possit ab agente supernaturali ad producendos effectus supra naturam; & dicitur tamen in rebus creatis talem potentiam obedientialem activam, ultra passivam, quam omnes admittunt, & probamus expressis Scoti testimoniis; addimus tamen, hanc potentiam obedientialem activam non esse in quolibet ad quodlibet, ut Suarez, Hurrad. & alii imaginati sunt, sed tantum ad quosdam certos, ac determinatos effectus, adeo ut solum illa causa secunda dicenda sit habere vim quandam activam, quae possit elevari ad producendum effectum naturae vires excedentes, quae ex se est aliquo modo remotè proportionata, ita ut concorsu generali Dei possit aliquid effectum producere, habentem saltem aliquam analogiam cum effectu supernaturaliter producibili, ut differat ab eo, sicut imperfectum à perfecto, idque vel intra eandem speciem, quod ibi explicamus exemplo generationis Christi Domini à Deo, vel si sit alterius speciei, & alioris ordinis, qualis est actus supernaturalis secundum substantiam, habeat tamen ordinem aliquem ad causam productivam, ita ut non peccat ab alia causa productiva, sed peculiarem connexionem habeat cum ea; quo pacto se habent intellectus Dei intuitiva, & abstractiva, nam licet illa sit supernaturalis, habeat tamen ordinem, analogiam, & proportionem ad intellectum, quatenus non petunt produci ab alia causa; etenim negari omnino non potest, quod etiam si admitteremus in voluntate, & alius rebus virtutem intelligentio productivam, esse naturae rei non habeat intellectum maiorem connexionem cum intellectu, quam cum voluntate, vel ligno; Quod etiam proportionaliter ibi asserimus de potentia passiva obedientialis, non enim habet asserenda est in quolibet accipiendum quodlibet, quia nec lapis potest recipere sapientiam, nec Angelus albedinem, &c. Sed illa res tantum potest elevari ad accipiendum formam aliquam supernaturalem, quae proportionem aliquam habeat cum illis in ratione receptivi, & receptibilis, ut est oculus cepti respectu visionis, & anima intellectiva respectu gratiae. Praeterea dicimus ibi, quod sicut

Mastri in sent. Tom. 1.

in rebus potentia obedientialis passiva non distinguitur realiter, ac entitative à potentia passiva naturali, sed est eadem propter entitas subiecti, quae ut comparatur ad formam recipiendam dicitur potentia naturalis, violenta, vel neutra ex Scoti quaest. 1. prologi L. ut verò comparatur ad agens supernaturale, dicitur supernaturalis, & obedientialis, unde potentia passiva, quam habet anima ad dona supernaturalia, à immediatè accipiendi per suam entitatem, dicitur naturalis, si praesice comparatur ad formam illas, quatenus sunt maxima illius perfectiones; quatenus verò comparatur ad agens, & non exigit aliquod principium activum à natura, per quod ad actum reducatur, sed subordinatur agenti supernaturali ad eam accipiendam, citra omnem debitum naturale, non naturalis dicitur, sed obedientialis, sic patet discursu de potentia activa, quod eadem est realiter, ac entitative in ordine ad actus naturales, & supernaturales; cum hoc tamè discrimine, quod comparata ad effectus naturales, cum quibus omni modò habeat proportionem, & connexionem ex natura rei, dicitur absolute naturalis, at in ordine ad actus supernaturales, cum quibus tantam proportionem non habet, dicitur inchoata, & obedientialis, & non absolute naturalis, quia non peccat compleri per aliud principium sibi debitum, sed tantum habet non repugnantiam, vel si placet, aptitudinem remotam, ut possit à Deo compleri per principium sibi debitum, quo elevatur & in actu primo constituitur ad actum supernaturalem; his ex Physica loc. citat. praesuppositis.

174 Dicendum est in proposito, quod si sumatur potentia obedientialis in sensu à Suarez ex cogitato, intellectus non concurrat ad visionem per potentiam obedientialem, sed naturalem, non quidem nudè, & solitarie sumptam, sed ut elevatam per concursum naturalem; si vero sumatur in sensu à nobis declarato, utrumque dici potest, quod scilicet concurrat per potentiam, vel per inoniam, & naturalem, ut elevatam, & sic non est quæstio nisi de nomine; melius tamen dicitur concurrere per potentiam obedientialem, quàm naturalem. Conclufio est communis Auctoris secundae sententiae, & quoad omnes partes probatur; & quidem quoad primam, quia potentia obedientialis in eo sensu Suarez, ut fit in quolibet ad quodlibet, non datur, & est mera contentoria, ut suppono ex Physica loc. citat. & quoad etiam in aliis rebus admittitur, ac etiam in ipso intellectu, tamen admittenda non est in ordine ad actus vitalis cognitionis, illi enim fatis, ut connaturaliter fiant, pendentes à potentia cognoscitiva, ut talis essent, ad huiusmodi actus dicendos esse intellectus, potius concurrere per potentiam, & virtutem suam naturalem, quam per obedientialem in eo sensu inspectam. Tum quia Deus uti potest quolibet instrumento ad producendum quemlibet effectum per potentiam obedientialem in sensu Suarez, ut ipse fatetur loc. citat. ergo si intellectus solum per hanc potentiam obedientialem ad visionem concurrat, potest aequè concurrere sensus, aut voluntas, cum quoad hanc potentiam sit par ratio de omnibus, quod si hoc de aliis potentis negatur, & praesice de intellectu affirmatur, planè debet aliqua virtus agnoscere in intellectu, praeter potentiam hanc obedientialem, quae non sit in voluntate, & sensibus, & haec non erit aliud, quam naturalis facultas intelligendi. Tum quia, ut arguit Luitanus, cit. lib. 10. q. 3. art. 3. si intellectus ad visionem concurreret per potentiam obedientialem à Suarez positam, non haberet ordinem, aut proportionem magis essentialem, & connaturalem ad visionem, quam ad ceteros supernaturales effectus, quos per eandem obedientialem potentiam potest producere, quales sunt translatio montis in alium locum, resurrectio visus, &c. quod est falsum; consequentia probatur, quia potentia obedientialis, quam Suarez admittit à naturali distinctam, est aequalis, & eisdem rationis in omnibus rebus, ut docet lib. 2. de attributis negativis, cap. 21. nu. 13. falsitas consequentis ostenditur, quia non videtur, posse negari intellectui habere proportionem magis intrinsecam, & essentialem, & magis connaturalem ad visionem, quàm habeat ad alios praefatos effectus, ut v.g. transferendi montem, &c. nam huiusmodi actus sunt transientes, ac proinde à principio vitali non procedunt, ut tale, & immanenter agente, visio autem est actus vitalis, & immanens ac proinde natura sua peti oriri à principio vitali, quatenus tali, & immanenter agente; ergo haec ab intellectu produci potius per potentiam naturalem, quam per obedientialem. Tum tandem quia visio Dei è contrà majorem habet connexionem cum intellectu, quam cum voluntate, aut substantia Angeli, vel ligno; ergo produci debet ea ratione alicujus peculiaris virtutis, quae est eius facultas naturalis ad intelligendum; antecedens probatur, quia licet intellectus non sit debita actus supernaturalis, tamen si illa futura est cognitio, vel visio supernaturalis, potiori quodam iure fieri debet ab intellectu, quam fieri habitus gratiae ab aqua, vel ab ipso intellectu, si posset physice elevari ad producendam gratiam; consequentia verò probatur, quia si potentia obedientialis est aequalis, &

B b 2 eju



ejusdem rationis in omnibus, non magis ad visionem produ-  
cendam per talem potentiam posse assumi voluntas, vel ligna,  
quam intellectus; loquendo igitur de potentia obedientiali in  
hoc sensu potius dici debet intellectus ad visionem concurrere  
per potentiam naturalem, quam per obedientialem.

175 Secundo, quod candidè dici possit, intellectum per suam  
naturalem virtutem (ut naturale idem est, quod fluens x prin-  
cipii naturæ, quod ipsum verè, & propriè dicitur naturale) con-  
currere cum lumine ad efficiendum visionem, probatur ex di-  
ctis 9. n. 144. ubi ex Scriptura, & Patribus ostensum est, po-  
tentias vitales adjutas, & elevatas principis supernaturalibus,  
per suasmet entitates, ut ab illis conditè & tam mediare influere  
in actus supernaturales in via; ergo idem dicendum in patria  
siquidem eadem est ratio de actibus viæ, & patriæ, quia  
Deus in eis, quæ ad statum beatificum pertinent, eligit ordinè  
connaturalem illi statui, cum visioni, tum intellectui vidèti, nõ  
verò ordinem extraordinarium, & supra naturã illius beatifici  
status. Nec suffragatur solutio, quam adhibet Suarez ad testi-  
monia Patrum, & Scripturæ, actus supernaturales esse utique à  
libero arbitrio, quæ est potentia naturalis, non tamen prout est  
naturalis. Nam Aug. lib. de Spiritu, & littera cap. 34. d. ferè  
docet, bona opera supernaturalia non solum esse à libero ar-  
bitrio, quod est potentia naturalis, sed etiam ut est potentia  
naturalis, hoc est, à natura adjuta tamen per gratiã attendat,  
& videtur non idè tantum istam voluntatem à divino muneri tri-  
butam, quod ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter creata  
est. Et probatur etiam evidenti ratione, quia actus illi  
sunt vitales, & liberi, at vitalitas, & libertas in actibus volunta-  
ris non attenditur penes potentiam obedientialem, quæ aquali-  
ter est in omnibus secundum Suarez, sed secundum potentiam  
naturalem, & potentia obedientialis subjectionem supponit, &  
non eam, que in præceptis, scilicet liberam, quia hæc est tantum  
evilsis, non plene obedientialis. Tam quia voluntas cõcurrit ad  
supernaturalem actum charitatis per suam naturalem virtutem  
ut naturalis est, & secundum naturalem libertatem, quia si duo  
habent æqualem habitum charitatis, & ambo operentur, unus  
potest remissius operari, quam alter; ergo etiam intellectus  
concurrat ad visionem, ut naturaliter activus est. Neque est,  
quod abstinemus ab hoc loquendi modo, ut quidam nimium  
scrupulosi obiciunt, quia hic loquendi modus, licet non faveat  
errori Pelagianorum, qui omnia opera honesta libero tribue-  
bant arbitrio adequate sine gratiã, videtur tamen favere errori  
Semipelagianorum, qui ea partim Deo, partim tribuebant ar-  
bitrio; Quandoquidem Matthesium error fuit afferere, ali-  
quid boni operis fieri à libero arbitrio, nullo auxilio prevento,  
intuitu cuius Deus auxilia exhibebat ad ulterius perficien-  
dum, & consummandum bonus opus inceptum vigibus arbitrii,  
à qua doctrina toto Cglo nostra sententia distat, admittens  
necessitatem in bonis operibus, ne dum gratiã adjuvantis, sed  
etiam prevententis.

176 Dices, ergo non solum admitti debet, intellectum elevatũ  
influisse in visionem per vires suas naturales, sed etiam cum re-  
plicatione ut naturales sunt, hoc autem videtur omnino fal-  
sum, & contra communem loquendi modum Theologorum, &  
etiam eorum, qui admittunt, intellectum per vires suas natura-  
les partialiter in visionem influere, siquidem hoc semper pro-  
nunciant cum replicatione, quatenus elevatur. Respondeo,  
naturale posse fieri dupliciter, vel pro eo, quod fuit à prin-  
cipiis intrinsecis nature, quo sensu hic de eo loquimur, vel  
pro eo, quod actione agentis naturalis absolute fieri potest  
per media naturalia cum solo concursu generalis Dei, & absque  
ulla elevatione; in primo sensu concedo sequela majoris, &  
nego minorè, quoniam si verum est, intellectum per vires  
suas naturales in hoc sensu influere in visionem, poterit etiam  
candidè dici, quod in eam influat cum replicatione, quatenus  
naturales sunt; quia talis replicatio non excludit eleva-  
tionem, sed solum exprimit, virtutem naturam intellectus ef-  
fectu causam, licet nec præciam, nec completam in ordine suo,  
cur visio illi conveniat, hæc enim est vis particule replicati-  
væ, ut à specificativa fecerunt, ut notat Doctor quol. 3. H. &  
3. d. 11. qu. 2. si verò naturale capitur in secundo sensu, utique  
propositio admitti nequit sine errore, quia vires nature eo  
modo sumptæ cum particula replicativa excludunt eleva-  
tionem; & quia vulgaris loquendi modus obtinuit, quod natu-  
rale simpliciter prolatum dicat ordinem ad vires nature,  
in ordine ad agens naturale, secluso omni gratuito concursu,  
ut nempe illud dicatur fieri per vires nature, siue naturales,  
quod per solas fieri potest, idè simpliciter non est asseren-  
dum, intellectum per naturalem suam virtutem, ut natura-  
lis est, influere in visionem sine aliqua additione supernatu-  
ralis elevationis, & hæc de causã sic communiter loquuntur  
Theologi.

177 Tertio, quod sumendo potentiam obedientialem in sensu à  
nobis declarato, & potentia naturalem pro ea, quæ fuit à prin-

cipiis nature intrinsecis, & que cum ea realiter identificata, cã-  
dè dici possit utrumque, & quod concurrat per potentiam o-  
bedientialem ac etiam per naturalem, ut elevatam, probatur;  
quia ut constat ex dictis loc. cit. in Phys. non est, distinguenda  
realiter duplex activitas in intellectu, quæ una intelligat natu-  
ralia per aliam verò supernaturalia à tingat; sed eadem entita-  
tivè virtus est, quæ, & naturalis est, & obedientialis sub alia, &  
alia ratione, naturalis quidem, ut respicit agens naturale, & li-  
mitatum, cuius actione, & ope naturalia intelligit; obedientia-  
lis verò, ut respicit agens supernaturale, cuius imperio subicitur,  
& cuius actione, & ope supernaturalia intelligit; Undè  
quia causæ naturales possunt producere effectus naturalis ordi-  
nis, ac etiam supernaturales, ut eandem virtutem, quatenus re-  
spiciunt effectus prioris ordinis distinguunt Theologi à seip-  
sã, quatenus respiciunt effectus posterioris, hæc nomina ad-  
invententur potentie naturalis, & obedientialis, & quia in or-  
dine ad effectus primi ordinis illa virtus seipsa est, sufficiens  
cum solo concursu generali Dei, & absque ulla elevatione, vo-  
caverunt naturalem simpliciter, & absolute loquendo; quia  
verò in ordine ad effectus secundi ordinis seipsa non est suffi-  
ciens, sed indiget elevatione, & speciali auxilio superioris agē-  
tis, vocaverunt obedientialem, quatenus eius imperio subicitur;  
Cum igitur hæc sit eadem potentia, quæ intrinsecè dicitur  
naturalis in ordine ad actus naturales, & extrinsecè obedi-  
entialis per ordinem ad effectus supernaturales, & potentia o-  
bedientialis idem importet, quod potentiam naturalem, ut eleva-  
tam, vel elevabilem speciali auxilio ad effectus vires nature  
excedentes, planè sequitur, utrumque dici posse, scilicet quod  
intellectus concurrat ad visionem per potentiam obedientia-  
lem, vel per naturalem, quatenus elevatam.

178 Quarto tandem quod melius dicitur, intellectus concurrere  
ad visionem per potentiam obedientialem; quæ naturalem, quæ  
erat ultima pars conclusionis, sequitur ex dictis, quia naturalis  
dicitur, illa potest, quatenus respicit effectus naturales, & o-  
bedientialis, quatenus respicit effectus supernaturales; cum igitur visio sit  
effectus supernaturalis, rectius dicitur, intellectum concurrere  
ad eam per suam virtutem, quatenus obedientialis est, quam  
quatenus naturalem, ut igitur teneatur rectus loquendi modus,  
dicendum est, lumen gloriæ supponere in intellectu virtutem  
quandam innatam, & inchoatam, partialem, quæ est in sua en-  
titate sit naturalis absolute, tamen in ordine ad visionem non  
dicitur naturalis virtus, quia non est in ordine ad effectum natu-  
ralem, nec naturaliter ad actum reduci valet per solum gene-  
ralem concursum, nec connotat complicitatem naturalem, &  
sibi debitum, sed supernaturalem omnino, & indubitum; idè  
virtus hæc obedientialis dicitur relatè ad complicitatem su-  
perioris, & altioris ordinis, cum quo nullam habet connexio-  
nem, & ad quod nullam importat exigentiam, ut etiam adno-  
tavit Ovidius, citat. nam. 83.

179 In oppositum plura ex Suarez colligit Lufitanus supra; vir-  
tutis naturalis intellectus est ordinis inferioris ad visionem; et-  
go nequit illum attingere, quia virtus activa debet esse suo ef-  
fectui proportionata. Tùm 2. quia potentia naturalis, ut talis  
est limitata ad effectus naturales ex natura sua, & idè dicitur  
naturalis; ergo ut sic, nequit agere ultra illos. Tùm 3. si intel-  
lectus secundum suam naturalem virtutem est causa visio nis, et-  
go habebit ordinem ad illum, vel per modum cause principa-  
lis, vel instrumentalis; sed hoc fieri nequit, nisi effectum ali-  
quo modo continet, quod non est possibile, quia jam ef-  
fectus non est supernaturalis. Tùm 4. quia potentia naturalis  
solum concurrat, ut talis ad actum, cum quibus habet essentialè  
connexionem; ergo si ut talis influat, rãm in naturales, quam  
in supernaturales, utique ad omnes illos habebit essentialè  
habitudinem. Tùm 5. si est potentia activa naturalis respec-  
tu visionis, ergo, & passiva naturalis, quod est falsum, si-  
quidem activè correspondet passiva. Tùm 6. quia tunc melius  
intellectus cum naturali lumine eliceret perfectionem visionem,  
quod est falsum. Tùm tandem, quia intellectus non potest  
cum ecurrere ad actum supernaturalem, nisi elevatur; ergo non  
per virtutem naturalem, sed obedientialem.

Resp. ad misso antecedente, distinguendo cõsequens, solia-  
riè sumpta, & in sua naturalitate, ac inferioritate remanen-  
cedo; si elevatur ab alio principio supernaturali, nego; nam ex  
tali elevatione completur, & sic effectus supernaturali propor-  
tionata; unde ex eo, quod virtus virtualis intellectus nõ sit ex  
se proportionata perfectè visionis ut proximè in eam influat in  
ordine suo, non bene inferitur, quod nullam habeat poten-  
tiam; quia potest habere potentiam inchoatam, & remota  
ex se tamen elevabilem, ut influat, ut docet Doctor 4. d. 49. q.  
11. ad penultimum. Ad 2. intellectus ex se respicit actum natu-  
ralem, tanquam effectum ex natura rei sibi proportiona-  
tum; quatenus elevatio seclusa; per elevationem tamen  
potest etiam respicere, & attingere actum supernaturalem, &  
agere ultra naturales. Ad 3. distinguo secundam partem mi-  
noris

ARTICULUS SECUNDUS.

Resolutio questionis quoad alteram.

notis, intellectus secundum se non continet effectum superna-  
turalem; concedo; ut elevatus, nego, modo declarato nu. 146. &  
163. Ad 4. concedo, intellectum ad omnes actus vitales dicere  
essentialè, seu transcendentalè habitudinem, tam naturales,  
quam supernaturales ad illos quidem proximam, & completam  
in ordine suo, ad istos verò incompletam, & inchoatam, quæ cõ-  
pleri potest per principium supernaturale. Ad 5. concedo, po-  
tentiam passivam in intellectu ad recipiendam visionem, facta  
comparatione velut subiecti ad formam recipiendam, non ta-  
men facta comparatione ad agens, quia nullum agens naturale  
potest talem formam præstare, & licet cuiuscumque potentie pas-  
sive semper activa correspondeat, non tamen semper in eodem  
ordine consistat ex Scoto q. 1. prolog. Ad ult. negatur conse-  
quentia, quia virtus, vel potentia obedientialis à nobis declara-  
ta est ipsa virtus naturalis elevata, unde dicitur, quod concurrat  
per potentiam obedientialem perinde est, ac dicere, quod  
concurrat per naturalem, ut elevatam.

Deinde arguitur ex aliis, si visio procederet à virtute natu-  
rali intellectus, jam non esset supernaturalis secundum substan-  
tiam, quia à virtute naturali procederet. Tùm 2. quia Deus vi-  
dendi nequit virtus nature, ut patet, ergo neque virtute natu-  
rali intellectus. Tùm 3. virtus naturalis intellectus non potest  
attingere obiectum sibi proportionatum; sed Deus est ip-  
sè obiectum eius improporcionatum, ergo, & c. Tùm 4. virtu-  
te naturali nequit intellectus humanum videre Angelum; ergo  
tandè minus Deum. Tùm 5. activitates ad videndum Deum de-  
bet esse supernaturales secundum substantiam, cum ipsa visio  
sit supernaturalis, sic ergo, & c. Tùm 6. quia si virtus naturalis, ut  
elevata produceret visionem, principium adæquatam visionis  
esset compositum ex virtute naturali, & supernaturali; & ta-  
men tota visio est supernaturalis. Tùm 7. si intellectus haberet  
naturam virtutem ad producendam visionem; ergo etiam ad  
producendam gratiam, quod non conceditur. Tùm tandem,  
quia hinc sequeretur, quod eodem modo concurreret ad actus  
naturales, & supernaturales.

180 Resp. negando consequentiam, siquidem ut sepius dictum est,  
ad supernaturalitatem visionis satis est, quod procedat ab uno  
principio supernaturali, ab intellectu, ut elevato. Ad 2. verum  
est assumptum, si intelligatur de virtute nature, nudè sumptis,  
falsum est si intelligatur de ipsius elevatione, non sit autem visio  
ab intellectu, lumine gloriæ elevato. Ad 3. vera pariter est ma-  
ior de virtute naturali intellectus nudè sumpta, non autem eleva-  
ta, & in hoc sensu falsè minor, quoniam Deus non est im-  
proportionatum obiectum intellectui elevato. Ad 4. verum  
est assumptum de intellectu humano pro statu isto, non autem  
ex natura potentie, unde in statu separationis bene potest in-  
tellectus humanum intuitivè videre substantiam Angeli, absq;  
ulla elevatione cum solo concursu generali Dei, Deus autem videt  
nequit sine elevatione. Ad 5. negatur assumptum, quod scilicet  
omnis activitas ad videndum Deum esse debet supernaturalis  
in sua substantia, satis enim est, quod sit supernaturalis quoad  
modum essendi, talis autem est naturalis virtus intellectus, ut  
lumine gloriæ est elevata ad esse ordinis supernaturalis, & di-  
vini; nec refert, quod visio sit supernaturalis secundum substan-  
tiam, nam ad hoc sufficit, quod habeat unum principium sic  
supernaturale, tale autem, vel est lumen, vel potius ipsum obiectum  
beatificum ad ipsam immediatè concurrans. Ad 6. c. n-  
cesso antecedente negatur consequentia, potest enim utique una  
simplex actio oriri à duobus principiis, siue sint eiusdem ordi-  
nis; siue diversi ut constat de intelligentiis, quæ est una quadam  
simplex qualitas, & unius speciei, & tamen producit ab intel-  
lectu informato specie intelligibili, tanquam ex uno principio  
unitate integritatis, & jam diximus, satis esse ad visionem, ut sit  
tota supernaturalis, quod ab uno principio supernaturali pro-  
cedat, siue aliud sit naturale, siue non. Ad 7. negatur pariter, quia  
visio postulat produci ab intellectu, ut à potentia vitali, habi-  
tus verò gratiæ id non postulat. Ad ult. negatur etiam pariter,  
quia virtus intellectus ad actus naturales est perfecta, & comple-  
ta in ordine suo, potestque naturaliter compleri per aliud princi-  
pium secum concurrans per modum obiecti naturaliter mo-  
ventis, ad actus autem supernaturales est incompleta, & imper-  
fecta, & completur per formam supernaturalem non sibi natu-  
raliter debitam. Dices, si igitur virtus intellectus concurrat  
tantum ad obedientialem. Resp. distinguendo antecedens, si ly,  
rationem agendi, & solum causam proximam visionis, nego an-  
tecedens; si ly, reduplicat intellectum componere cum prin-  
cipio supernaturali elevante integrum principium visionis,  
concedo antecedens, & nego consequentiam, sic enim facit tan-  
tum hunc sensum, quod non potest intellectus producere visio-  
nem, nisi elevetur per aliud principium supernaturale secum  
concurrans; plura ad hunc punctum attinentia vide d. 7. Phys.  
cit. q. 6. art. 5.

181 Altera pars questionis, an scilicet intellectus concurrat ad  
visionem, tanquam causa principalis, vel instrumentalis  
tantum, adhuc magis est de nomine, quam prior, pendet enim  
ex varia explanatione, & acceptione cause principalis, & instru-  
mentalis, ex quo factum est, ut aliqui nobiscum sentientes in  
prima parte questionis, quod intellectus cõcurrat ad visionem  
per suam naturalem virtutem, adhuc affirmant concurrere solum  
ut causam instrumentalem, non autem principalem, existimant  
enim, causam instrumentalem esse, quæ concurrat ad effectum  
seipsa nobiliorem, & ultra mensuram suæ activitatis naturalis;  
principalem verò, quæ ad effectum æquæ, vel minus nobilem;  
unde dicunt, potentias esse instrumentales in efficientia actuum  
supernaturalium, quia nimirum agunt ultra mensuram virtutis  
suæ naturalis, & concurrunt ad effectum in superiorem ordine  
constitutum. Alii hoc idem affirmant, quia putant, eam dici  
causam instrumentalem, quæ agit, ut mota à causa principali  
cum dependentia à motione ejus, principalem verò, quæ agit  
per propriam virtutem, & independentem à motione alterius,  
unde quamvis potentie agant per propriam virtutem, & innata-  
tam, quo aliquid habent de causa principali; tamen quia ope-  
rantur dependentem à motione alterius elevante, siue sit, eleva-  
tio intrinseca, siue extrinseca, idè absolute affertur esse instru-  
mentaria; Alii rursum hoc idem asserunt, quia eam statuunt  
causam principalem, quæ effectum attingit, non solum pro-  
pria virtute, sed etiam insufficienti; quare licet concedatur, po-  
tentias propria virtute attingere actus supernaturales, quia ta-  
men non concurrunt virtute sufficienti, adhuc eas instrumenta-  
ta appellant. Ex adverso contendunt alii, esse causas principa-  
les, non verò instrumentales, quia causam principalem eam di-  
cunt, cui propriè tribuitur effectus; instrumentalem verò, cui  
propriè non tribuitur, unde quia actus supernaturales, & quoad  
efficientiam, & quoad denominationem nostris potentis tribu-  
untur, idè affirmant, esse causas principales. Alii hoc idem  
asserunt, quia causam principalem statuunt, cui aliquid predi-  
catum in effectu respondet, instrumentalem em vero, cui nul-  
lum correspondet; quia potentis multa prædicata in actibus  
correspondet, idè causas principales esse autunt. Alii tan-  
dem idem affirmant, quia causam principalem esse, dicunt, quæ  
immediatè effectum principalem attingit, quamvis inadæqua-  
tè, instrumentalem verò, quæ solum attingit aliquid prævium  
ad præcipuum effectum ordinatum, & quia potentie elevate  
suos actus supernaturales attingunt proximè, & immediatè,  
causæ principales esse opinantur.

182 Resolutio etiam huius partis questionis sumi debet ex dictis  
de causa instrumentali dist. 7. Phys. q. 5. ubi varias explanationes  
cause principalis, & instrumentalis asserimus, & examinamus;  
& tandem per hoc causam instrumentalem fecerimus à prin-  
cipali, eo quia instrumentalis est, quæ principalis, & de ratione  
instrumenti propriè sumpti dicimus esse, quod non attingat  
terminum principalis agentis, & dato, quod attingat, non tamè  
per virtutem sibi insufficientem in esse quiescente. Alii hoc idem  
principalis agente, cui subordnatur, in actu, sed receptam à  
causa principalis cum instrumentali confundatur, quod ibi de-  
ducimus ex Scot. 4. d. 1. q. 1. ad ultimum, & d. 9. quæst. 5. cum quo  
dicendi modo coincidit, quod alii dicunt, signum cause instru-  
mentalis esse, quando principium elevatum manet extra rati-  
onem cause principalis integræ, quomodo verò non remanet extra rati-  
onem cause principalis integræ, sed eam ingreditur, signum  
est, quod sit causa principalis partialis. Ex hoc igitur funda-  
mento probatur, intellectum per suam virtutem concurrere ad  
visionem per modum cause principalis partialis, non autem  
instrumentalis; quia per suam virtutem non remanet extra rati-  
onem cause principalis integræ, sed eam ingreditur, & ingredi-  
tur, etenim coniunctum ex intellectu, & lumine est integrum,  
& adæquatam principium visionis. Tùm quia instrumentum  
nullo modo continet, nec attingit effectum principalem in-  
tentum, sed ad illum tantummodo disponit; sed intellectus cõ-  
tinet virtualiter visionem saltem remotè, & elevatur per lu-  
men proximè, & immediatè attingit visionem per illam virtu-  
tem sibi innatam, seu connaturalem, quod instrumentum repu-  
gnat, hoc enim, vel non attingit principalem effectum, vel si  
attingit, non tamen per virtutem sibi innatam, & inexisten-  
tiam in esse quieto, sed receptam à principali agente in ipsa  
actuali motione, ergo, & c. maior patet ex dictis in Phys.  
loc. citat. minor probatur, quia intellectio, ut actio vitalis  
dicit essentialè ordinem, & dependentiam saltem aptitudi-  
nalem ad intellectum; ergo continetur in illo virtualiter,  
vel eminenter; ergo intellectus erit causa partialis illius,  
nam causa principalis est illa, quæ influat in effectum per



virtutem sibi inexistente, & propria, per quam continet effectum. Tunc quia quando aliqua causa ita ad effectum concurrunt, ut singulis correspondeat peculiaris ratio in effectu, quae secundum se sit proportio ad effectum, tunc qualibet causa per se dicitur partialis principalis respectu effectus, tunc enim signum est, nullam eorum remanere extra rationem causae principalis integræ, & totalis, sed lumen gloriæ, & intellectus planè hoc modo se habent in ordine ad visionem, nam intellectus correspondet ratio vitalitatis, & lumen ratio supernaturalitatis, ut rationes singulis his causis proportionate, ergo, &c. Tunc rursus quia cum duæ causae se habeant, ut principalis, & instrumentalis, quando agens principale mediante instrumento operatur, & instrumentum agit solum in virtute illius; sed in ordine ad visionem intellectus, & lumen simul immediate operantur, & intellectus operatur per suam virtutem vitalem, ergo ambe dicitur debent causae in suo ordine principales. Neque obstat, quod intellectus elevetur à principio supernaturali ad producendam visionem quia non ob id recipit à lumine vim faciendi intellectum, & operandi in ordine suo nempe principii vitalis; sed ratione luminis visio, & intellectus evadit supernaturalis; & idem dicendum est de voluntate respectu actuum suorum supernaturalium, quos producit mediis habitibus supernaturalibus.

133 Sed ad huc difficultas est, si, lumen, & intellectus sunt ambe causae principales in ordine ad visionem, num dici possint, ac debeant partiales, quæ difficultas aequè procedit de voluntate cum habitu supernaturali influente in suum actum supernaturalem. Hoc negant pugnaciter Thomistæ astricti, & potius dicitur debere causas totales unamquamque in suo genere, & ordine ita Zamel Nazarius, lo. de S. Thoma, Salma ticensis, & alii part. 1. quæst. 12. artic. 5. Lezana tract. 3. disp. 2. quæst. 4. Communis tamen sententia affirmat, tamen potentiam naturalem quam principium supernaturale elevans habere rationem causae inadæquate, & partialis constituentium, seu componentium unam causam adæquatam, & totalem actus supernaturalis. Et ratio est, quia utrumque influat, & verè est causa actus supernaturalis, & neutrum sine alio valet illum producere, ergo quolibet eorum habet rationem causae partialis, & utrumque simul sumptum rationem causæ totalis, & principii adæquati; consequentia patet, quia ut constat ex dictis disp. 7. Phys. qu. 1. causam partialem Philosophi, ut distinguitur à totali, & adæquatam, per id explicans, quod effectus ab ea taliter pendat, ut ablata alia concave non possit effectus haberi ex vi influxus solius causae superfluitis quod ad clarum est, ut de hoc nequeat esse quæstio, nisi de nomine, est Thomistæ omnino reclamant, licet aliqui intellectus ex una parte dicitur causam totalem vitalis, id est, non habens secum aliam concavam vitalem, & prout lumen gloriæ causa supernaturalis, totalis id est, non habens aliam concavam supernaturalem, hic tamen est modus quidam totalitatis secundum quod, ut simpliciter, & secundum rem dicitur debent partiales, & inadæquate ob dictam rationem; ubi tamen recolendum est ex dictis num. 147. & 148. non ita dici causas partiales, quasi divinum quædam pars visionis ab una produceretur, & quædam ab altera, quomodo cum tota entitas visionis sit quoad hoc realiter simplex, & indivisibilis, tota debet à singulari causis effici, licet non totaliter, quæ per se possit sufficienter produci sine consortio, & concursu alterius, quod est esse causas totalitate effectus, partiales verò dumtaxat partialitate causæ eo modo, quo declaratum est disp. 7. c. Phys. qu. 1. assignando divisiones causæ efficientis.

134 At contra hanc doctrinam de partialitate causæ, & non effectus communiter receptam urget Alvarez lib. 6. de auxiliis d. 85. eo quod quando plura agentia concurrunt ad eundem effectum partialitate causæ, & non effectus, id est, quia quolibet agens habet virtutem imperfectam, & ideo indiget consortio alterius ut imperfectio illius virtutis suppleatur, sed virtus Dei non est imperfecta ergo non potest concurrere ad effectum partialitate causæ. Sed ut probè notavit Orved, cit. contr. 8. n. 6. si argumentum concluderet, convinceret planè, actum supernaturalem processum adæquatè à Deo, nullum concursum præstare libero arbitrio; præterquam quod hic modo non disputat de intermediario Dei concursu, qualis sit, & quomodo præstetur à Deo, gratis namque concedimus, causam primam, & secundam propriè non dici causas partiales, sed potius unamquamque esse totalem in suo ordine cum subordinatione tamen unius ad alià sed est difficultas de concursu habitus supernaturalis cum potentia, quæ ambe sunt causæ secundæ, & virtutes finitæ, & limitatæ & de his possit concedi, virtutem uniuscuiusque esse imperfectam in ordine ad effectum, quatenus ad illum ponendum quælibet se sola est insufficientis, verè tamen, & propriè hæc non debet dici imperfectio, quia imperfectio non est in una specie careere prædicatis pertinentibus ad alià speciem, cum perfectio per illa prædicata importata non sit ei debita; & sic in proposito imperfectio non dicitur in habitu vitali non esse, & in potentia non esse supernaturali, cum inter se essentialiter differat, & prædicat

tum peculiaritatis non pertinet ad perfectionem essentialè, vel accidentalem alicuius tibi conaturalis, quare à primo ad ultimum bene stat, cum perfectione eandem causæ partialis non possit effectum à qualibet illarum tantum à causa adæquatam procedere, argue ita in hoc sensu potest negari majori argumenti.

135 Postremò, quia inter causas principales partiales ad eundem effectum concurrentes non ex aequo, sed diversimodè alia magis principaliter, alia minus concurrunt, dubitatur ulterius, quænam sit causa principalior visionis intellectus, an lumen gloriæ, quod pariter quæri potest de voluntate, comparata cum habitu suo supernaturali. Gallus prælud. 3. citat. sect. 4. sentit, potentiam esse causam magis principialem quoad substantiam actus, & ratio est, quam indicavit Doctor 1. d. 17. quæst. 2. in corpore, quia potentia utriusque non est converfo, addit tamen quod ratione supernaturalis habitus nedum est causa principalior, sed omnino totalis, quomiam cum hæc excedat vires potentie, nullo modo potest esse ab ea, sed totaliter erit ab habitu; sed quamvis quoad primam partem bene sentiat; tamen quoad alteram non bene philosophatur, quia supernaturalitas non differt à substantialia visionis realiter, & physice, atque ideo indivisibilitè procedit, tam à potentia, quam ab habitu ex dictis num. 147. & argumentum potest retorqueri, quia vitalitas excedit vires luminis, quod non est vitale, ergo nullo modo est à lumine, vel supernaturalitatis visionis est vitalis; ergo debet quoque ab intellectu prodire; absolute tamen nihil concludit; vel convincit, etiam potentiam naturalem nullo modo attrahere posse actum supernaturalem, quia hic excedit vires eius; eodem igitur modo, quo concedit arguens, posse potentiam naturalem elevari ad attingendos actus supernaturales, vires suas excedentes, sic pariter concedere poterit, ac debet, posse attingere ipsam supernaturalem actus, quomodo autem interduam per quandam accommodationem, & ampliationem differamus in actu supernaturali formalitè vitalitatis, & formalitè supernaturalitatis, eaque cum distributione suis causis attributibus, ita ut convenienter dicamus, rationem supernaturalem esse correlative luminis, & rationem vitalitatis potentie, declaratum est supra num. 147. & conclusum, id tantum inter eos gradus inferre distinctionem quandam formalem, & metaphysicam, non verò physicam, & realem, ita quod una sit totaliter ab una causa, & alia totaliter ab altera producta Et hoc ed vel maxime asserendum est, si dicamus, quod visio nis esse supernaturalem in substantia, & non solum quoad modum, in quo operatur sensu. Auctor ille sentit, supernaturalem esse à solo habitu, & nullo modo à potentia.

136 Potest itaque dici, potentiam simpliciter, & absolute loquendo esse causam magis principialem actus supernaturalis, nedum quoad supernaturalitatem, tum propter illam rationem generalem, quod potentia utriusque habitus, non è contra, sive habitus sit naturalis, sive supernaturalis; tum quia habitus etiam supernaturalis est propter potentiam, & propter potentiam perfectionem tamen in actu primo, quam in actu secundo, etenim à Deo datur potentia, ut eo mediante possit coniungi summo bono ac ultimo fine, quo deducitur, quod licet potentia, quoad esse accidentale supernaturale, pendat ab habitu in genere causæ formalis, tamen habitus ipse pendet à potentia in genere causæ finalis, quia productur à Deo propter perfectionem potentie, & à toto genere causalitatis finis nobilior est, atque perfectior causalitate formalis, ergo simpliciter, & absolute loquendo poterit dici potest causa principalior actus supernaturalis, etiam ratione supernaturalis, quæ habitus, hæc ratione, quia habitus influat in actum ad perficiendum potentiam in actu secundo? Quod si etiam dicere placet, habitum esse causam magis principialem actus, quoad supernaturalem considerati, eo modo, quo inquit Doct. 1. d. 17. quæst. 3. in corpore §. sed tunc, & quod 17. ratione meritorii in actu esse ab habitu charitatis, à causa magis principali, non abnuit; aliud enim est dicere, quod sit totaliter supernaturalitas ab habitu, ut Gallus aiebat, ita quod nullo modo sit à potentia; aliud verò, quod sit ab habitu, ut à causa magis, & à potentia minus principaliter; prius enim indicat distinctionem realem supernaturalem à vitalitate, ut si hæc à sola potentia productur, & illa à solo habitu, hoc autem secundum minimum, quia cum hoc, quod vitalitas sit magis principaliter à potentia, & minus principaliter ab habitu, supernaturalitas autem è contra, ita, quod sint idem inter se realiter, & effectivè, & illa de verà denominatione sufficienter sanitur ex distinctione formali, & metaphysica inter illos gradus reposita, ratione cuius productionem unius gradus magis principaliter unius causæ attribuitur, & minus principaliter alteri; & sicuti gradus vitalitatis in actu producti potest à vivo, ut à specie vel obiecto, tanquam à causa minus principia ex Doctore 1. d. 3. qu. 7. p. ita pariter gradus supernaturalitatis potest produci à non supernaturali, ut à causa minus principali.

137 In opposito Primò arguit Suarez loc. cit. quod intellectus non concurrat ad visionem, nisi per causas principales, sed merè instrumentalis, quia causa principalis debet dici, quæ agit virtute propria completa, & proportionata; & instrumentalis è contra, quæ agit per virtutem incompletam; & improprietatè; & improprietatè effectus, ergo ut causa tantum instrumentalis. Cont. causa concurrentes ad alium effectum, per potentiam tantum obediens nullo modo potest agere, ut causa principalis, sed necessariò agit, ut instrumentum; sed intellectus ad visionem concurrat per potentiam tantum obediens; ergo non concurrat, ut causa principalis, sed tantum instrumentalis; major probatur, quia omnis potentia obediens ex sua natura est instrumentaria, & nullo modo principalis, ut patet in potentia obediens, quæ se create concurrunt ad actiones miraculosas, & transientes, ut aqua v. g. baptismalis elevatur ad producendam gratiam; probatur minor, quia intellectus non concurrat ad visionem per potentiam solum naturalem. Rursus instrumentum secundum omnes dicitur illud, quod agit, ut elevatum, & in virtute tantum alterius; sed intellectus concurrat ad visionem tantum, ut elevatus, & in virtute luminis, ergo, &c. Demum, si intellectus concurreret, ut causa principalis, sequeretur, quod perfectior intellectus perfectioris ordinis, quod perfectior intellectus perfectioris ordinis, tandem quia, vel contineret formaliter, vel eminenter, neutrum est dicendum ob eandem rationem. Tunc 4. quia visio est una simplicissima, & indivisibilis entitas, ergo implicat, quod secundum aliquod sui producatur ab una causa, ut partiali, & secundum aliud ab alia. Tunc tandem, quia intellectus nullo modo habet virtutem proportionatam ad huc partialem cum visione beata, quia cum hæc sit supernaturalis, sola virtus supernaturalis potest esse illi proportionata, non autem virtus naturalis, qualis est ea, quam habet intellectus.

138 Respondetur, majore esse veram de causa principali integra, & totali, non autem de partiali, est quidem de ratione causæ principalis, ut sic, quod agit virtute propria sibi intrinseca, & innata non tamen est de ratione illius, quod semper virtus illa sit completa nulla indiget elevatione; fat enim est, quod sit incompleta, & quod possit elevari per aliam ad actum excedendum ut patet de eodem intellectu, qui ad actum naturalem concurrat, ut causa principalis, neque tamen est virtus completa, sed incompleta, & debet compleri per speciem; saltem etiam esse virtutem causæ principalis, nisi intelligatur de integra, & totali, debere semper esse proportionatam proxime, & eandem ordinis cum effectu, fat enim est, quod virtus illa sit proportionata vel proxime, vel remote, cuiusmodi est virtus intellectus, quæ indiget elevari ad videndum Deum; ratio est, quia visio illa respicit ens ut ens pro adæquato suo obiecto, atque ideo habet ordinem transcendente ad omne ens, atque ita intelligens ad intelligibile cum ente infinito proportionem, ut rem habet remotam; cum itaque nos dicamus, non repugnat causæ principali agere per virtutem propriam, incompletè tamen, & indigente elevatione, male oppositum assumitur in majori sine probatione. Ad 2. Lustrum, citatè distinguentè esse duplicem potentiam obediens, unam simpliciter puram fundatam in entitate, quæ in ordine ad effectus supernaturales, quos obediens respicit, nullam nec quidem inchoatam habet naturalem virtutem, sed illos respicit per puram obedientiam, quam res create habent ad divinum imperium; alià verò non omnino puram fundatam in entitate, cuius activitas inata, & naturalis est, vel aliquo modo respicit effectus supernaturales, quo pacto potentie vitales obediens, licet habeant ad actus supernaturales; itaque concedit, maiorem de potentia obediens primi generis, cuiusmodi est virtus, quia talis virtus obediens nullo modo continet effectum virtutem, negat verò de potentia obediens secundi generis, cui non repugnat continere effectum supernaturalem virtualiter, ubi autem est talis continens effectus, ubi non potest esse ratio instrumenti proprie dicti, cum ex defectu talis continentie distinguitur à causa principali; Quoniam tamen hæc doctrina supponit dari potentiam obediens in quolibet ad quodlibet, quam non recipimus disp. cit. Phys. qu. 6. art. 5. unde consequenter negamus aquam elevari ad producendam physicè gratiam, & ignem corporeum ad torquendos physicè spiritus, & alia huiusmodi; solumque admittimus in creata potentia obediens nullo modo puram, respondendum est ex ibi dictis num. 124. quod per talem potentiam obediens activam à nobis admittam non extrahitur causa à ratione causæ principalis, quia causa cum ista potentia non remanet extra rationem causæ principalis integræ, sed cum ingreditur, unde in hoc sensu negatur majori potentia enim obediens instrumenti est merè passiva, cum non attingat ullo modo effectum principis agens, vel si attingit, non tamen virtute propria, sibi inexistente in esse quieto, & in eodem sensu sumpta obediens potentia negatur minor, quia sic sumpta non excludit potentiam naturalem, sed eandem includit, imò est eam naturalis potentia, ut elevata, vel elevabilis ad effectus quosdam supernaturales producendos, ut constat ex dictis n. 177. Ad 3. concepta majori, nego minorem, nam intellectus non tantum ratione luminis, sed etiam vi sua naturali concurrat ad visionem, atque ideo erit illius causa principalis; & dicendum est, elevationem tunc tantum esse signum causæ instrumentalis, quan-

do principium elevatum manet extra integritatem causæ, non autem si elevetur ad componendam integram causam principalem supernaturalem effectus, ut contingit in proposito; & quo sensu dicatur intellectus concurrere tantum, ut elevatus, declaratum est supra n. 140. Ad ult. constabit quæsi sequentè.

139 Secundo arguit Lezana cit. cum Thomistis multipliciter, quod intellectus, & lumen non sint causae partiales visionis principales, nam tales causae sic operantur, & effectum produciunt, ut utraque absolute nominetur agens, sicut dicimus patrem, & matrem generare prolem, Petrum, & Paulum portare lapidem; sed lumen non tribuitur visio, non enim dicimus, lumen videre Deum, ergo, &c. Tunc 2. quia adhas vitales, cum sint immanentes, recipiuntur in principio, à quo principaliter eliciuntur, sed visio beatica non recipitur in lumine gloriæ. Tunc 3. si intellectus esset causa partialis principalis cum lumine, ergo saltem partialiter deberet continere visionem; sed hoc est falsum; primo quia cum visio beatica sit supernaturalis, non potest contineri etiam partialiter in causa naturali; deinde quia vel contineret eam per modum causæ univoce, & hoc non, quia hæc est ejusdem ordinis, & rationis cum effectu, vel æquivocè, & neque hoc, quia hæc debet esse superioris ordinis, quam effectus, intellectus autem est inferioris ordinis; tandem quia, vel contineret formaliter, vel eminenter, neutrum est dicendum ob eandem rationem. Tunc 4. quia visio est una simplicissima, & indivisibilis entitas, ergo implicat, quod secundum aliquod sui producatur ab una causa, ut partiali, & secundum aliud ab alia. Tunc tandem, quia intellectus nullo modo habet virtutem proportionatam ad huc partialem cum visione beata, quia cum hæc sit supernaturalis, sola virtus supernaturalis potest esse illi proportionata, non autem virtus naturalis, qualis est ea, quam habet intellectus.

140 Resp. prima duo argumenta probare potius, intellectum esse totam, & adæquatam rationem agens, quam lumen gloriæ, ut ibi dedit Lezana cum Thomistis, quia solus intellectus denominatur videns, & recipit visionem, non autem lumen; probat etiam speciem impressam naturalis intellectus, vel corpore visionis non habere rationem causæ partialis, respectu illius ob eandem rationem, quod tamen Thomistæ causam partialem visionis denominari debere à visione, & non causam totalem, & adæquatam, quam ipsi dicunt, esse lumen; si enim hic bene innotuit, lumen non esse causam partialem visionis, tanto magis deberet inferri, non esse causam totalem, quia hęc magis denominari debet ab effectu, quam causa partialis; dico igitur, quælibet causam partialem debere denominari efficienter ab effectu, quicumque ille sit, & in proposito dicitur lumen produciens visionem cum intellectu; hinc tamen non sequitur, quod debet dici videns, quia ut notat Doctore 1. d. 10. q. 6. Y. & quod 13. FF. & quod 15. Videre, & intelligere non est fortiter produciens, & agere, sed potius pati, vel operari, ut declaratum est disp. 6. de anima q. 3. art. 1. unde intellectus dicitur intelligere, non quia intellectionem causat, sed quia eam recipit, vel potius quia per eam operatur; quia ergo visio in solo intellectu recipitur, non in lumine, & per eam receptam solus intellectus operatur, vitaliter tendens intentionaliter in Deum, id est, solus intellectus dicitur videns; Quod si etiam diceremus, intelligere esse formaliter producere intellectionem, tunc dicendum esset, denominationem intelligentis non debere tribui cuicumque ejus effectivo principio absolute loquendo, sed tantum causæ efficienti per modum principii vitalis. Ad 2. hoc idè argumentum solutum est disp. 6. de anima q. 2. art. 2. dum per illud probaretur, speciem, vel obiectum non esse partialem causam intellectionis; & dictum est ex Scoto quod 13. §. ad ista, opus non esse, actionem immantem, manere in sua causa totali, sed sufficit, quod manet in sua causa partiali, præsertim principali, qualis in proposito est intellectus. Ad 3. negatur minor ad primam probationem constat ex dictis, causam naturalem posse continere effectum supernaturalem continentem saltem remota, & inchoata, quæ alii radicaliter appellatur, quatenus potest elevari ratione sue naturæ ad producendum illum in effectu; ad aliam probationem dico, intellectum eam continere per modum causæ æquivocæ; quod autem hæc debet esse perfectior visio effectiva, verificatur de causa totali, non verò semper de causa partiali, ut diximus disp. 7. Phys. qu. 1. n. 5. alioquin probaret etiam argumentum, speciem impressam esse non posse causam partialem cognitionis, & speciem impressam esse non posse causam partialem effectivam, quæ in ratione imaginis perfectior est, quàm impressa, cum nequeat poni causa ejus nisi æquivocè; & eodem modo responderet ad ultimum. Ad 4. probat intellectum non esse causam partialem visionis partialitate effectus, quod gratis concedimus. Ad ultimum negatur assumptum, ut enim patet ex n. 138. intellectus habet virtutem proportionatam ad visionem, saltem remote.



191 Tercio agunt ad idem Nazarius, & Zamel, eodem modo se habet videns Deum, & eius intellectus cum lumine respectu visionis, quo se habent reliqua agentia cum suis virtutibus ad agendum, veluti Sol cum Luce, & ignis cum calore; at huiusmodi agentia non concurrunt, ut eam se partiales cum suis virtutibus; ergo neque intellectus cum lumine glorie. Respond. primo negando pariter in maiori assumptam, quia calor in primo receptus ita se habet ad producendum alium calorem in subiecto extraneo, quod si ignis nullo modo concurreret, adhuc ipsum produceret, imo etiam per Dei potentiam esset ab igne separatus; lumen vero ita cum intellectu concurrat ad visionem, ut sine concurru intellectus seipso non sufficiat ad visionem producendam; deinde nego minorem, quoniam iuxta dicta dicitur, Phis. q. 6. ar. 3. n. 100. calor in ligno productus non solum procedit a calore ignis, sed etiam ab ipsa forma substantiali ignis immediati; Quod si teneatur opinio Thomistarum, substantiam non esse operativam alicuius accidentis in subiecto extraneo, sed tantum operari mediis accidentibus, atque ita calorem in ligno adaequate procedere a calore igni inherente, & nullo modo a forma substantiali eius, tunc rursus neganda est maior, quia in exemplis allatis calor est tota virtus calfacitiva, & lux illuminativa, ignis autem, & Sol praecise se habent, ut subiectum caloris, & lucis; at non sic se habent intellectus, & lumen, quasi intellectus praecise se habeat, ut subiectum, & lumen sit adaequatum principium immediatum visionis, sed se habet ad lumen glorie servata proportione, sicut se habet ad speciem in ordine ad actum cognitionis, ad quem potentia, & species immediate ex sua ratione concurrunt; alia argumenta ad hoc spectantia vide diluta supra n. 143. Solet hic disputari, an sicut intellectus elevari potest per potentiam obedientialem ad Deum videndum, ita quoque possit elevari oculus corporis; sed quoniam communis sententia est negativa, nolo circa hoc immorari, praesertim quia satis de hoc diximus disp. 4. de anima q. 3. n. 22. assignando conditiones obiecti potentiarum materialium.

QUESTIO SEPTIMA.

An perfectior intellectus cum equali lumine perfectiorem eliciat visionem.

192 **O**rtu ducit haec questio ex precedentibus ubi dixi intellectum intellectum viribus propriis, & naturalibus ad visionem cum principio supernaturali concurrere ipsum elevante; hic disputari solet, an ex hoc sequatur, ut possit tribuere aliquam maiorem perfectionem visioni ex parte sua iuxta maiorem perfectionem, quam ex se habere; & procedit questio ex suppositione, quod inter intellectus huiusmodi detur inaequalitas in perfectione individuali, vel inaequalitas etiam in perfectione specificata humana, & angelicum intellectum, siue haec suppositio sit vera, siue non; nam etiam si talis esset, adhuc remanet locus huic questionis data hypothese, ut patet in aliis similibus. Non est autem hic questio de maiori tantum perfectione entitativa, & materiali, quam gratis hic admittunt Ariagz, & Ovidio, & consistit in hoc, quod visio perfectioris intellectus sit ex natura sua spectans ad perfectiorem intellectum, & consequenter ex tali ordine perfectior, quam visio minus perfecti intellectus, quamvis per unam obiectum non videatur clarius, nec plura obiecta possint per eam videri; tunc quia talis maior perfectio ad praesentem questionem est omnino impertinens, ut advertit Poncius disp. 4. qu. 10. n. 32, & de hac nunquam controversia fuit inter Thomistas, & Scotistas; tunc quia hoc quod est procedere a principio perfectiori non videtur aliquo perfectio for malis actionis, aut effectus, si tale principium non refundit aliquam maiorem, & intrinsecam perfectionem in actionem, aut effectum. Neque etiam est questio de maiori perfectione extensiva, id est, de perfectione visionis quantum ad videnda plura obiecta, ut Poncius admittit loc. cit. nam certum videtur ex potentia perfectiori non posse oriri perfectiorem visionem extensivam in hoc sensu, quia potentia, & cognitio determinatur ad haec, vel illa obiecta per illum species, vel per ipsam obiecta, non vero per potentiam; Questio igitur est praecise de perfectione maiori intensiva, & claritas in ratione expressionis, & imaginis, quo sensu solemus dicere, visum acutiorem perfectius videre obiectum cum equali lumine, quam debiliorem, quae latitudo, & inaequalitas non est, nisi intensiva, qualis cernitur in aliis actibus vitalibus, & habitibus, siue sint naturales, siue supernaturales, quae ratione dicuntur, suscipere magis, & minus intensivam; unde eodem prorsus modo sentiendum est de perfectione intensiva visionis Dei, sicut in Philosophia tradidimus de intentione aliarum formarum, quod nempe consistat in multiplicatione,

& additione graduum ejusdem rationis inter se. Hoc autem sensu declarata questio potest agitari, vel de facto, & secundum id, quod modo contingit, ita ut Beati modo habentes equalia merita, & lumen glorie, gratiamque aequalem, ratione inaequalis potentiae duntaxat sint habituri inaequalem visionem, & fruitionem; an solum id debeat concedi de possibili, & de eo, quod eveniret ex natura rei potentis, & Deo sine naturali agere relinquitur; & quidem in hoc secundo sensu est controversia tantum inter Thomistas, & Scotistas, negantibus illis, & affirmantibus istis; in primo vero sensu est etiam inter Scotistas, quidam enim licet concedant de possibili, & de eo quod eveniret ex natura rei, posse intellectum perfectiorem cum equali lumine elicere perfectiorem visionem, id tamen negant de facto; alii vero nentum de possibili, sed etiam de facto contendunt, ita tamen se habere, ut perfectior intellectus cum equali lumine perfectiorem quoque eliciat visionem, adeo quod tres sententiae hae circumferantur. Prima est Thomistarum uno, vel altero excepto, afferentium, ex sola divina elevatione, seu lumine glorie determinari intensiorem visionem, ita ut ex equali lumine, quantumvis unum intellectus sit alio perfectior, non nisi equalis visio oriri possit, & inaequalitas visionis ex lumine magis, vel minus intenso solum attendi debeat, quam carerent sequantur Recentiores p. 1. q. 12. ar. 6. Zamel, Nazarius, Fafolus, Gonzalez dicitur 29. sect. 2. Suarez l. 2. de divinis attrib. c. 21. Vasquez disp. 47. cap. 7. Lezana tract. 3. disp. 1. q. 7. Aversa q. 12. sect. 12. Amicus disp. 9. sect. 16. Turrian disp. 3. dub. 6. & seq. & alii passim. Secunda sententia asserit, quod licet ita sit de facto, & attamen de possibili, & absolute loquendo, sicut ab intellectibus equalibus cum inaequali lumine inaequalis oritur visio, ita ab intellectibus inaequalibus cum equali lumine inaequalis visio potest oriri; ita Scotus 3. d. 13. q. 3. & 4. d. 50. q. 6. cum omnibus Scotistis quoad rei possibilitatem, quod vero non ita sit de facto, sed solum de possibili docet Tart. Aretino loc. cit. Vulpes disp. 23. ar. 13. Sgheuma opus. cit. tit. 32. qu. ult. quia licet potentia perfectior ex natura rei possit intensius Deum videre cum equali lumine, attamen de facto perfectio visionis in patria est iuxta mensuram, & meriti proportionem, sequantur Molina part. 1. q. 12. ar. 6. disp. 2. Ovidio, contr. 4. punct. 2. n. 26. & 26. & 28. & alii nonnulli. Tertia demum sententia asserit, nemum de possibili, sed etiam de facto a perfectiori intellectu cum equali lumine perfectiorem prodire visionem ita Faber in 3. disp. 32. ca. 2. d. 2. Smifing, to. 1. disp. 6. q. 6. Gallus disp. 2. sect. 3. ca. 3. Poncius loc. cit. Hiquas in 4. loc. cit. & sequitur Lufitanus lib. 12. qu. 10. ar. 3. 5. 3.

ARTICULUS PRIMUS.

Deciditur Quasitio.

194 **D**icendum est cum hac ultima sententia, non solum de possibili, sed etiam de facto perfectiorem intellectum cum equali lumine glorie perfectiorem, & intensiorem producere visionem; Quoad primam partem de possibili, in qua conveniunt secunda, & tertia opinio, commune fundamentum est Scoti 3. d. 13. quest. 3. post medium, quod intellectus, tanquam causa partialis per suam naturalem activitatem coarctat ad visionem, ut satis constat ex dictis; sed quod perfectior est causa partialis, tanto perfectior est effectus totalis ab illa, altera partiali causa procedens; ergo a perfectiori intellectu cum equali lumine glorie perfectior quoque progreditur visio; probatur minor, quia deficiente altera causa partiali activa deficit effectus, etiam si reliqua esset aequalis; ergo excedente altera concursa, potest potius perfectior effectus, tunc quia haec eadem ratio ab intellectibus equalibus cum inaequali lumine inaequalis oritur visio, ergo pari ratione ab intellectibus inaequalibus cum equali lumine inaequalis potest oriri visio. Conf. non minus propria virtute concurrat potentia naturalis, elevata a principio supernaturali ad actus supernaturales, quam ad actus principii naturali ad actus naturales, sed perfectior potentia cum equali principio naturali producat expressiores, & viviores actus naturales, nam nobilior intellectus cum equali specie intelligit perfectius intelligit, & visus corporalis acutior perfectius videt, quam debilius cum equali lumine, ergo eadem potentia perfectior cum equali principio supernaturali clariore, vivacioreque actus supernaturales producere poterit.

195 Prima Responso communis Thomistarum est, quod licet intellectus creatus habeat ad vitam nativam videndi Deum, per eam tamen videre nequit, nisi quantum elevatus a lumine, ac proinde per eam non agit, nisi juxta quantitatem elevationis per ipsum lumen factam, unde per aequale lumen, ait Suarez, sic ita equalis elevatio, ut juxta quantitatem elevationis se tenentis ex parte luminis agit intellectus, etiam si sit perfectior, & vigorosior. Contra, quia, ut non semel dictum est

est in superioribus, quando dicitur, potentiam non concurrere nisi ut elevatam ad actus supernaturales, non ita debet intelligi reductive, quasi elevatio, seu principium elevans sit tota ratio producendi visionem, & actum supernaturalem; sed in eo tantum sensu debet intelligi, quod concurrat, ut elevata, quantumvis non elevatur per principium supernaturale, non concurret; sed ex ea propositione sic intellecta non bene deducitur, quod per propriam virtutem non agit, nisi juxta quantitatem elevationis per ipsum lumen factam, nam ut hoc bene deduceretur, deberet ea propositio intelligi in primo sensu, in quo est positus falsum. Dices, quod licet lumen non sit intellectui tota ratio agendi, ita tamen est ratio agendi, ut vis intellectus regatur a lumine in influxu ad visionem, & determinetur saltem quoad modum agendi. Contra, quia habitus nec determinat potentiam, nec ejus vim naturalem limitat, & coarctat, sed potius adjuvat, & roborat ad agendum; sed si virtus activa intellectus ita determinatur a lumine ad agendum, ut non possit attingere aliquem gradum ad quem innatum habet facultatem, saltem inchoatum, tantum abest, quod diceretur per lumen adjuvari, & sublevari, ac roborari, quod potius diceretur enervari, & coarctari; ergo neque in hoc potestiori sensu asseri potest, quod intellectus agat, ut elevatus a lumine, ita ut agere nequeat, nisi juxta quantitatem elevationis; tunc quia universaliter loquendo potentia utitur habitu, & non e contra, & potentia est illimitata habitu in agendo, quam e contra, & licet extendat, ut monet Doct. i. d. 16. qu. 2. licet potentia potius habi habitu subordinetur in agendo, in qua e contra, Dices, ex hoc potius sequi oppositum, inde enim sequitur, intellectus se habere ad visionem, ut eam sicut universaliter ad effectum particularem, lumen vero concurrere, ut eam sicut speciale, ac causa universalis limitari, & definitur ad effectum juxta id, quod postulat causa particularis. Contra, quia haec indeterminate intellectus ad agendum non est passiva, sicut debet minari, & aqua ad calefaciendum a calore sibi inhaerente, sed est determinatio activa, quae dicit illimitationem virtutis in agendo ex Scotio i. d. 3. qu. 7. BB. cum quia licet perfectio specifica effectus respondere solent causa particulari, constat de Sole, cum Leone generare Leonem, nam generis perfectio respondet Leoni generati, qui est causa particularis, non soli, qui est causa universalis, & sic etiam est de perfectione specifica huiusmodi, vel illius intellectus, quod respondet speciei intelligibili intellectum determinanti ad hoc obiectum; gradualis tamen perfectio, de qua nunc agimus in hac questione, ut dixi ab initio, respondere solet perfectiori utriusque causa partiali, potest enim in visus corporeus cum eadem specie visibili, ac patitur intellectus, & voluntas cum eadem specie, vel habitu naturali, uno tempore potius, quam alio intensius operari, prout majori, vel minori conatu fuerit applicata ad operandum, magisque, vel minus impeditur.

196 **D**ices, potentia naturalis per habitus supernaturales saltem dicitur minari ad actus supernaturales, ad quos illa non habet nisi potentiam remotam, & inchoatam. Contra, quia licet per habitus supernaturales determinetur potentia ad actus ejusdem ordinis, non tamen ad talem, vel tantam perfectionem gradualis; & quod si potentia inchoata, & incompleta, non tollit, quin dum per lumen compleatur, & elevatur, influxum suum naturalem non habeat, unde major, & minor claritas, seu expressio, potest etiam respondere potentia, non quia sine lumine possit a potentia produci, sed quia ipsa ex se talis est, ut semel hoc lumine instructa, perat producere visionem cum tali, vel tanta expressione, aut intentione cum qua illa non produceret alia potentia, sed cum minori. Dices, sicut nequit intellectus attingere visionem, nisi elevatus a lumine, ita nequit attingere tantam visionem, seu in tali gradu, nisi elevetur a lumine in equali gradu, quia sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis. Contra, quia etiam oculus in naturalibus nequit simpliciter videre sine specie visibili, neque intellectus sine intelligibili, & tamen adhuc perfectior intellectus, vel oculus possunt cum equali specie elicere perfectiorem intelligentiorem, & visionem; quamvis igitur lumen sit ratio, cur intellectus agat simpliciter supernaturaliter, non tamen est ratio, cur agat simpliciter vitaliter, ac cum tali, vel tanto conatu; neque quanta est activitatis potentia naturalis in suo ordine, tantam requirit elevationem luminis, ut v. g. si intellectus est activus ut sex, in suo ordine non necessario requirit lumen intensum, ut sex, ut possit exire in actum supernaturalem secundum omnem gradum activitatis suae, nam in summo lumine glorie sufficiens est ad elevandum intellectum, quantumcumque perfectum secundum omnem gradum activitatis suae, ut bene advertunt Vulpes, Poncius citat, lumen enim requiritur, ut intellectus per ipsum constituat in ordine agentis supernaturalis, quare semel eo informatus, equumcumque gradus, potest exire in actum cum tali, vel tanta expressione. Dices, lumen requiri

in genere causae efficientis, ut si lumen erit minus intensum, & intellectus perfectioris activitatis, tamen sit lumen, tunc producat aliquid gradum in visione, ad quem non concurreret lumen. Contra, quia lumen, cum non possit se solo, sicut nec alius habitus, nec quidem in unum visionis gradum, haec de causa non limitatur se solo ad tot gradus visionis, sed cum tali vel tali intellectu, unde eodem lumine intellectus minoris virtutis utetur ad minores visionis gradus eliciendos, citius enim exhaurietur tota vis luminis, quia non valide adjuvat ab altero, causa ad intensiorem actum producendum; intellectus autem majoris virtutis utetur eodem ad plures gradus propter maiorem virtutem, quia non ita cito exhaurietur virtus luminis; unde licet perfectio specifica actus, quarens est supernaturalis, commensuranda sit juxta perfectionem habitus elevantis, tamen perfectio gradualis, de qua hic est sermo, commensuranda potius videtur juxta virtutem, & activitatem intellectus elevantis, quam juxta activitatem habitus elevantis, & ratio est, quia universaliter loquendo, eam de habitu naturali, quam supernaturalem, potentia utitur habitu juxta conditionem propriae activitatis, non vero habitu utitur potentia; unde nec sequitur, aliquid dari gradum visionis, nisi ad lumen productum, ut magis infra constabit in solutione objectionum n. 196.

197 **S**ecunda Responso est Suarez, & aliorum negantium intellectum ullo modo concurrere ad visionem per virtutem suam naturalem, & assententium, concurrere solum per potentiam obedientialem, quante, & ratione distinguuntur a potentia naturali activa, & dicunt, esse aequalem in omnibus; unde dicunt, propositionem illam in argumento assumptam pro minori, quae fuerit perfectio causa principalis, eo perfectior erit effectus respondens illi, & alteri causa partiali, solum verificari de causa partiali concurrete per virtutem naturalem; si enim concurrat per obedientialem, ut concurrat intellectus cum lumine ad visionem, tota perfectio effectus principii supernaturalis commensurari debet; cum enim hoc obedientialis potentia sit equalis in omnibus, omnia agentia naturalia ex parte sua aequaliter concurrunt ad effectum supernaturalem, atque ita si in actu illo sit inaequalitas, solum erit a principio supernaturali. Hinc etiam responder ad confirmationem principii, si argumenti ex actibus naturalibus deducuntur, disparitas enim est, quia illi sunt effectus naturales proportionati causis; visio autem est effectus supernaturalis, ac proinde sequi debet virtutem principii supernaturalis, quo intellectus ipse elevatur. Addit Suarez, quod licet admittatur, intellectum concurrere cum lumine virtute nativa, adhuc non sumeretur inaequalitas ex inaequalitate intellectus, quia licet ita esset, tamen virtus illa intellectus non esset completa, sed incompleta; ergo non operaretur, nisi ut completa per lumen, ac proinde ex lumine esset sumenda mensura visionis. Hae Responso corripit ex dictis qu. 6. artic. 1. a num. 174. & seq. ubi negavimus intellectum concurrere ad visionem per potentiam obedientialem, a Suarez confirmat in quo libet ad quod libet, & in omnibus aequalis, quod si sumatur in sensu jam explicato, tunc potentia obedientialis activa non excludit naturalem, quia est eadem res inter virtutes, quae sub alia, & alia ratione dicitur naturalis, & obedientialis; semel autem concessio, intellectum per virtutem propriam, & naturalem ad visionem concurrere, plane negari nequit, etiam ab ejus influxu mensuram visionis esse de sumenda. Nec etiam satisfacti Responso ad illam confirmationem argumenti principii, ex eo enim quod effectus sit supernaturalis, non sequitur, quod excludat concurrens principii naturalis, sed tantum quod nequeat produci ad eo, sine alio principio supernaturali; semel autem concessio, quod produci possit, non solum a virtute supernaturali, sed etiam naturali, nulla potest asserti ratio, cur ejus intensiva perfectio etiam influxu principii naturalis respondere non possit. Nec tandem valet, quod addit Suarez, ex hoc enim quod virtus nostri intellectus ad visionem eliciendam sit incompleta, sequitur solum, quod nequeat in ea influere, nisi per eam compleatur; ut autem quod ex solo lumine sumenda sit mensura visionis, nam etiam virtus incompleta est ad generandum, & compleatur per virtutem virilis feminis, & ad huc effectus mensuratur ex perfectione, & efficacia utriusque, & ita est universaliter, quando duae causae concurrunt ad aliquem effectum, quod licet partialiter concurrant, & una compleatur per virtutem alterius, quia tamen effectus pendet ex utriusque influxu, ideo a quolibet eorum sumi debet inaequalitas effectus.

198 **T**ertia Responso est Amici negantis consequentiam principii argumenti, quia omnes intellectus ad visionem producendam concurrunt praecise secundum rationem intellectivi, ut sic, unde licet unus intellectus sit perfectior alio, tamen cum equali lumine non elicit perfectiorem visionem, quia non producit eam secundum eam rationem specialem, qua in perfectione superat aliam, sed secundum rationem generalem intellectivi, per quam cum eo convenit. Hae solutio nullum profectus fundamentum